JOH. GERHARDI,
SS. Theol. D.

CONFESSIO CATHOLICA.

Francofurti ad Mœnum
1 6 7 9.

JOHANNIS

GERHARDI,

SS. THEOL. DOCT. ET IN

ACAD. JEN. PROF. PUBL.

CONFESSIO

CATHOLICA,

In qva

DOCTRINA CATHOLICA

ET EVANGELICA,

Qvam Ecclesiæ Augustanæ Confessioni addictæ profitentur, ex Romano-Catholicorum Scriptorum Suffragiis confirmatur,

In QVATUOR TOMOS distributa,

Qvorum

I. De Principio & Mediis nostræ verè-Catholicæ; Et de Principiis & Mediis Pontificiæ Religionis: II. De Verbo DEI, Christo, Pontifice Romano, Conciliis, Ecclesia: III. De Clericis, Monachis, Laicis, Purgatorio, Beatitudine & Cultu Sanctorum, Sacramentis, Baptismo, Confirmatione, Sacramento Eucharistiæ, Missâ: IV. De Pœnitentia, Extrema Vnctione, Sacramento Ordinis, Matrimonio, Gratia Primi Hominis, Amissione Gratiæ & statu Peccati, Gratia & Libero Arbitrio, Justificatione & de Bonis Operibus in particulari agit.

Proœmio hujus operis præfixus est Schematismus plenissimus, compendiosissimam Epitomen vel accuratissimam delineationem totius Operis nervosissimè exhibens:

In Fine non solum Index Locorum Scripturæ tum ab objectionibus, tum Exceptionibus Pontificiorum in Qvatuor hisce Tomis vindicatorum additus est, sed etiam insuper eidem novus planè Index Rerum & Verborum, ad felicem hujus Libri usum apprimè utilis & maximè necessarius, accessit.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,

Apud CHRISTIANUM GENSCHIUM,

Literis JOHANNIS ANDREÆ.

Anno M DC LXXIX.

2° 10
1557 Rato

Fg 1932.3557

SERENISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DOMINO.

FRIDERICO.
DUCI. SAXONIÆ.
JULIÆ. CLIVIÆ. AC.
MONTIUM. LANDGRAVIO.
THURINGIÆ. MARCHIONI.
MISNIÆ.
PRINCIPI. HENNEBERGICO.
COMITI. MARCÆ. ET. RAVENS-
BURGI. DYNASTÆ. IN. RAVENSTEIN.
ET. TONNA.
PATRIÆ. PATRI.
PIO. JUSTO. MAGNANIMO.
VERÆ. RELIGIONIS. NUTRITIO.
OPTUMO. MAXUMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
MEO. CLEMEN-
TISSIMO.

NEC. NON.
SERENISSIMÆ.
PRINCIPI. AC. DOMINÆ.
DOMINÆ.

MAGDALENÆ.
SIBYLLÆ.
DUCISSÆ. QVA. ORTU.
QVA. NUPTU. SAXONIÆ.
JULIÆ. CLIVIÆ. AC. MONTIUM.
LANDGRAVIÆ. THURINGIÆ.
MARCHIONISSÆ. MISNIÆ.
UT. ET. SUPERIORIS. AC.
INFERIORIS. LUSATIÆ. PRINCIPI.
COMITATUS. HENNEBERGICI. COMITI.
MARCÆ. RAVENSBURGI. ET. BARBY. DOMINÆ. IN.
RAVENSTEIN. ET. TONNA.
INGENTIS. VIRTUTIS. ET. JUDI-
CII. HEROINÆ. INCOMPA-
RABILI.
VERÆ. RELIGIONIS. ET.
ARTIUM. ALTRICI. MUNI-
FICENTISSIMÆ.
PRINCIPI. AC. DOMINÆ.
MEÆ. CLEMENTISSIMÆ.
SACRUM.

Serenisſime Princeps,

Domine clementiſſime,

nec non

Serenisſima Princeps,

Domina clementiſſima.

VEreor eqvidem, beatiſſimos manes *Divi ERNESTI, Saxoniæ Ducis*, Principis incomparabilis ac æternâ memoriâ digni, *Serenitatum Veſtrarum* reſpectivè *Parentis* ac *Soceri* deſideratiſſimi, profanô laudis habitu adire, atq́ve ſuſcitare temerè: Hoc namq́; eſſet pietati vim facere; conari autem laudare, qvod omnem laudem ſuperat, & vel Zeuxis calamô effigiavit jam ætas noſtra, qvàm inſignem temeritatis notam qvis non incurrat? Non uni ſiqvidem notum, ſed omni, *auguſtiſſimum hunc Principem*, acerrimum Defenſorem, magnanimumq́ve Confeſſorem puriſſimæ, inq́ve verbo Dei ſolidè fundatæ Fidei Evange-

angelicæ, ac Religionis orthodoxæ, ad extremum vitæ limen, manſiſſe conſtanter. Manſiſſe autem? Ecqvid aliud cœleſtis tanti Herois ac Principis vita in hôc terræ folliculô promittere potuit? Nonne ſanctisſimus *Ipſius Serenitatis* ſpiritus ardentiſſimô propagandæ ſalutaris doctrinæ zelô per totum vitæ curſum qvaſi æſtuavit? Ad hanc veræ doctrinæ propagationem qvippe, & æternis prædicandam laudibus, rudioris plebeculæ, qvæ potiorem terrarum adimplet orbem, in agnitione CHRISTI Salvatoris informationem, tanqvam ad divinam Helicen, contenderunt tot tantiq́ve, rariſſimi profectò, in hôc noſtrô ſeculô, & inuſitati, & vel aliqvot centena aureorum millia exhaurientes, inq́; alios uſus piasq́ve fundationes, piè ac religiosè impenſi ſumptus. Qvid dicam de egregiis Clariſſimorum Virorum ſcriptis, animos ſenſusq́; moventibus, ab oblivione ac interitu vindicatis heroicè, & incredibili *Sanctiſſimi Principis* curâ piæ poſteritati reſtitutis munificentiſſimè? O plus qvàm paternas *piiſſimi Patris Patriæ* curas! Fama ad aſtra tollendi *Operis Biblici* omnes orbis Chriſtiani angulos re ac nomine pervolat meritò. Nec enim Germania, nec extera etiam Regna & Regiones viderunt, qvod huic par eſſet. Megalandri *Lutheri* verſione, laudabili variorum Theologorum operâ ſolidiſſimis interpretationibus, ipſimet Scripturæ Sacræ, & fidei analogiæ ad amuſſin convenientibus, limatiorem, & qvæ magis expolita, ubi inveniamus? Cui autem ſanctiſſimum iſtud opus, proximè Deum, referamus acceptum, qvàm *Beatiſſimi Principis ERNESTI III.* munificentiæ ac gratioſis auſpiciis? Annus abiret, ſi pulcherrima ſcripta, *Sereniſſimi, piiſſimæ memoriæ, Principis* juſſu ac autoritate, ſum-

ſumptibus etiam immenſis, decurſu temporum, ad jacienda veri Chriſtianiſmi fundamenta, ad proximum piè ædificandum, ad communem utilitatem ſalutariter promovendam, & qvod caput eſt, ad mortales in veræ fidei ac Religionis puritate imbuendos utiliter, publicæ luci expoſita, enarrare ſaltem omnia & ſingula præſumerem, ante ad finem qvàm pervenirem. Taceo plus qvàm ſexcentas vias, qvas *glorioſiſſimus hic Princeps* ad conſervanda Templorum Scholarumq́ve adyta; ad propaganda fidei ſalvificæ monumenta, apud exteros etiam, & juſtô horridiores adhuc, nec catecheticæ Chriſtianæq́; doctrinæ limâ ſatis expolitos populos aperuit, maximè in *Moſcoviâ*, ubi puriori fidei, noſtræq́ve Evangelicæ orthodoxiæ addictis, in illuſtris *Ducalis Magnificentiæ* ſpecimen, admirabile tulit adjumentum, alibiq́; locorum ſumptus fecit munificentiſſimè. Verùm qvid prolixus ſum in eô, qvod facit modò ad tædium? Meridiano Soli lucem addere molior. Cœlum & terram reſonant *vita, pietas, facta:* in urbes & orbem; incolas, accolas; omnes, ſingulos: *Beatiſſimi Ducis* ac verè Herois in militiâ Chriſtianâ. Ulti deſideratiſſimus in terris Princeps eſt; ita exoptatiſſimus in cœlis, omnibus piis & electis hoſpes dudum fuit. Nec ſubditos dimiſit orphanos: ſed regendis iisdem, & in palæſtrâ DOMINI exercendis, ceu providus Rex & Propheta *David*, præfecit, aſt qvàm laudabiliter? qvàm provide? *FILIUM* æqvè ſapientiſſimum, piiſſimum, pacificum *Salomonem*: TE, puto, *Sereniſſime FRIDERICE, Domine clementiſſime*, in *cujus Serenitatem* paternarum Virtutum radii omnes ac ſingu-li, hereditariô qvaſi jure ſunt translati. O felicisſimos ſubditos! Qvibus

Sol

Sol occubuit : Nox nulla secuta est.

In *TE* enim, *DOMINE*, mortuus *Parens* vivit. Videmus omnes, experimur singuli *Serenitatis Tuæ* virtutes certare virtutibus *Beatissimi Dn. Parentis.* Hinc Pietas erga Deum sincera; Hinc Zelus erga Religionem fervidus: Hinc cura pro Ecclesia Scholisq; vigilans: Hinc amor erga subditos infucatus: Hinc honor erga Justitiam candidus : Hinc gratia in miseros laudabilis : Hinc liberalitas in egenos singularis: Hinc clementia in Bonos omnes ac pios delectabilis. Adeò nempè coruscant *Serenitatis Tuæ* vita & facta in *Dn. Parentis*, *gloriosissimæ memoriæ*, vestigiis, uti in reliqvis, ita maximè, dum nec otiosum ducit spiritum *Serenitas Tua*, qvin exeqvatur sedulò, qvod ad promovendum summi Dei honorem, & Ecclesiæ ipsius, præsertim in hâc periculorum, qvibus circumvallatur, asperitate, salutem cedere potest unicè.

Hâc fiduciâ ad *Serenit. Tuæ* aram me submittens pronum, humillimâ, qvâ potest fieri, mente manuq; depono B. Parentis mei, *Joh. Gerhardi*, SS. Theol. D. & in Acad. Jenensi qvondam Prof. Publ. *CONFESSIONEM CATHOLICAM.* Qvi liber, uti olim sub Serenissimorum Saxoniæ Ducum, & maximè *Serenitatis Tuæ Beatissimi Dn. Parentis* tutelâ ac patrociniô natus & editus in lucem est: ita & nunc, cùm qvasi renascitur, liceat ita loqvi, cujus *gratiam ac patrocinium* qværat potissimùm, qvàm cujus *clementia* in lucem prodit iterum, qviqve maximam partem sumptus, ut publicam lucem videre possit, sumptus inqvam, Ducali magnificentiâ & tantô Principe dignos, ad movendum istud opus verè Christianum, in commodum ac gaudium Ecclesiæ, secundum

DEI

DEI gloriam, erogat & ſubminiſtrat clementiſſimè?

Suſcipe ergò, *clementiſſime Domine*, hoc opus Tuum. Parentis mei fuit olim: Meum non eſt: Tuum eſt, *Princeps indulgentiſſime*, &, ſi nondum eſt, jam conſecro; ut Nomine & Numine Tuô munitum, ab omni periculô & calumniâ immune ſemper maneat & liberum.

Accipite, *Principes Serenisſimi, Domine clementiſſime, Domina clementisſima*, ingenuæ devotionis munus. Accipite libellum, ſuppliciter ad pedes Veſtros devolutum, ſacris manibus, frontibus ſerenis. Et concedite, ut *in clementiâ Veſtrâ & gratiâ* ſecurus vitam tranſigam. Qvod uti voveo & ſpero, ita ſubmiſsè expeto. Voti omnis compos ero, ſi *DEUM* habuero clementem ſemper & *PRINCIPEM* meum. Valete *PRINCIPES*, & maximo civium Veſtrorum ſolatio diutiſſime vivite. DEUS opt. max. *Vos* conſervet cum *totâ Domo Serenisſima!* Largiatur ſanitatem omnimodam, perennantem fortunam, & non niſi cum orbe finiendam Poſteritatis felicitatem. DEUS *vos* ſervet!

SEREN. VESTRARUM

Coburgi d. 29. Septemb.
Ann. M DC LXXIX.

Subjectiſſimus ac obedientiſſimus
Servus
JOH. ANDR. GERHARDUS,
Com. Pal. Cæſ. Conſil. Sax.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

ACcipe tandem, *Benevole Lector*, qvam diu desideraſti, *CONFESSIONEM D. Joh. Gerhardi CATHOLICAM*, in tuum & Eccleſiæ cominodum. Opus ſeipſum commendabit, ſi & rem ipſam, & rei circumſtantias expendas accuratiùs, nec ſuſpensâ hederâ opus erit tàm generoſo vino vendibili. Innumeri fuerunt viri celebres & de Eccleſiâ Chriſti meriti optimè, qvi centies & amplius urſerunt novam hanc operis editionem, qvam detinuerunt tamen multa hactenus obſtacula. Vicit tandem gloria Dei & ardentiſſimus pietatis affectus *Promotoris munificentiſſimi*, in Eccleſiam Chriſti, commodumqve eorum, qvi Chriſto operam dicarunt ſuam, & ad rudiorem plebeculam in ſalutari Salvatoris agnitione rectè inſtituendam omnes intendunt nervos. Et fatendum meritò, qvod in DEI cedit honorem, ædificationemqve Eccleſiæ, ab omni oblivionis injuriâ vindicandum eſſe ſtrenuè. Nec deſunt *cauſæ*, & illæ qvidem graviſſimæ maximeqve ſonticæ, qvæ ad novam operis hujus, auro contra cari, Editionem publici juris faciendam & procurandam commoverunt, imò coëgerunt. Ecce enim! ubi invenire, qvæſo, eſt *primæ atq; originalis Editionis Exemplaria?* In Bibliopoliis non proſtant ampliùs: Et qvot perambules officinas, in qvibus vel ſedulò qværens ægrè invenias? Et, ſi vel maximè dentur adhuc venalia, qvod rariſſimè tamen fit; Certè *tàm malè emendus exponatur liber*, ut odioſum omninò ſit cogitare de pretiò, emtionem autem moliri, moleſtum: Plurimorum namq; manſuetitet fortaſſe hinc & inde in Eruditis Bibliothecis, qvod tamen in vulgaribus & trivialibus ſperandum neutiqvam eſt, ſed conſummatis modò, & benè inſtructis, unum & item alterum primæ iſtius exemplar; Non publicum tamen id jvat commodum, ſed qvò rarius iſtud, hoc tanqvam charius pro ſe qvisq; ſervat. Accedit, qvòd *iſta originalis editio*, qvia

in-

in majus justo excrescit opus, *minùs apta, studiis atq; idonea:* in plures enim compingi ligaturas oportet, qvæ non tantùm à se invicem avelli possunt facilè; sed qvid molestius etiam est cupido lectori, & in veritatem locaq; doctrinarum varia inqvirenti, qvàm ex tot, qvasi angulis, voluminibus, in qvos dispersæ & abjectæ sunt, tædiosâ temporis morâ, qvam amotam vult longissimè, eruere? Nam compendiosam rerum ac qvæstionum indagationem desiderans, nihil aversatur magis, qvàm varias adire domos, & in multis qværere hospitiis, qvod congregatum unô in tuguriolô voluit. Ampliùs *& ipsius rei & doctrinæ necessitas* maximum operi affert momentum, cui parere qvidem annos abhinc ante non adeò multos tentavit non Nemo, & prolixitati qværere compendium sustinuit, bonâ profectò intentione, sed labore non mediocri, dum Homerum, ut sic loqvar, nuci includere, & ὡς ἐν ἐπιτομῇ proponere studuit, qvod cæteroqvin ampliſſimum narrationis campum ostenderat, cui nec decem pedæ, nec parasangæ benè multæ fuerunt emetiendo; licet excluſum & fine suô & spe melioris successûs se viderit vir iste celeberrimus p. m. cujus pace etiam, qvod res est, dicitur. Omnes siqvidem ex ipsô authentici operis fonte, hoc est, genuino & perfectô ejus exemplari, bibere, & cupiditatis hauriendarum doctrinarum sitim extingvere, qvàm exsiccatis epitomes rivulis, sorbillare gestiunt. Taceo *salutarem argumenti utilitatem*, qvæ tanta est, ut vel ipsa neget in occultô hærere diutiùs, nec in Ecclesiæ pomarium & communem mortalium informationem diffundere cœlestis veritatis abyssum. Ipse Autor Beatissimus hanc operis sui utilitatem indicare, & mundo cognitam reddere non dubitat; *in primâ Confessionis Cathol. fronte*, dum primô statim capite atqve sub proœmii intuitu *sex, easqve præcipuas utilitates* enumerat, qvas in vel ipsimet adversarii & hostes veritatis suô testimonii calculô descendere, conscientiâ qvippe convicti, illumqve Confessioni nostræ adjicere, inviti etiam coguntur. Non proinde est, ut publicæ operis hujus editioni Cassianum istud: *Cui bono?* præfigas. Sentient commodum, qvi legerint: Experientur, qvi inde ad pietatem ducti, ad salutem eruditi fuerint. Æternas Autori Beatissimo cantabunt gratias, qvòd hunc animi & ingenii fœtum, in DEI honorem & tot animarum informationem, cum Ecclesiâ & totô Christianô orbe communica-

re voluerit. Qvod si *optimorum virorum autoritatem*: si *cupiditatem*, qvâ flâgrarunt hucusqve, & adhuc flagrant, prodire in publicum, temerarius jubeam, qvi non heri modò aut pridie, novam hanc operis hujus editionem svaserunt gravitet, & efflagitârunt anxiè, Deum immortalem! qvàm longâ serie apparerent? qvem chorum ducerent? Si *omnia Libri encomia* transcribere huc audeam, eaqve non fucata aut ficta; sed qvæ ex candidò pectore, animoqve sincerò profluxerunt, eorum qvidem, qvi vel sapientum judiciò, non Apollinis alicujus fallacis tripode, sed antiqvæ veritatis & fidei, eruditissimi & in militiâ Domini exercitatissimi habiti semper unò ore sunt, non dies, sed annus abiret, ante ad finem qvàm pervenirem. Sufficiat unus *B. Chemnitius*, Magni illius Chemnitii ex Fratre pronepos, qvi solebat dicere, *omnium Gerhardinorum laborum & librorum hunc esse optimum.* Laude dignum ergò perpetuâ est Theologicum pectus, qvod tale ad Divinitatem pro firmâ constantiqve B. Autoris, cùm viveret adhuc, incolumitate emisit votum, cùm partem modò secundam libri secundi *Confessionis Catholicæ*, qvæ de Verbò Dei incipit, vix unò usurpasset oculò. *Continere me*, inqvit Theologus, in Frisiâ Orientali tunc eminentissimus, *certè non potui, qvin exclamarem: Jesu Christe, Fili Dei vive & crucifixe pro nobis, unicam hanc domus tuæ columnam & coronam sospita, serva incolumem, animum ei ingere, ut idem aliqvando tentet è scriptis Calvinianorum, & omnigenâ beatitudine exsatia pectus tàm candidum & laborioſissimum!* Non senio fuero, si, qvid sentiat laudatus Theologus, de unicâ tantùm parte unius libri, exsignavero: *Deum imortalem! qvàm me hoc scriptum singulare vix unò usurpantem oculò, in pudorẽ oppidò dari sensi & ruborem, qvòd inde colligerem, qvàm nec ego, nec alius qvisqvam mei similis, opus tantum vel excogitare, ne dicam, tantâ felicitate, lectionis varietate, methodi perspicuitate, respondendi & convincendi soliditate, &, ut verbò dicam omnia, stupendâ & inauditâ singula discutiendi dexteritate, ad umbilicum perducere, apti nati fimus.* Qvid senserit Vir de Ecclesiâ Christi optimè meritus, æternâqve memoriâ digniſſimus, si integrum opus tot librorum, tot partium vidisset? In admirationem & stuporem abreptus haud dubiè esset. Et si non alia esset causa, qvæ moveat salivam ad videndam hanc novam Editionem, moveat sanè *novæ formæ concinnitas*, qvæ *in folio*, qvod dici-

dicitur, tàm ad compingendum & evolvendum, qvàm ad asservandum & propagandum, magis apta est ac commoda. Qvid? Qvod non videndi tantùm, sed & emendi & comparandi novam hanc editionem injecerit desiderium *paucitas sumptuum & exiguitas*, qvibus acqviri hic liber potest facilè! Ut plurimum enim difficultatem emendi librum causatur pecuniæ gravitas, maximè apud eos, qvi rerum laborant viduitate, & qvibus curta domi est supellex. Repelluntur continuo, qvasi fulmine percussi, qvi, qvanti liceat liber, majus audiunt pretium, qvàm ut liceri possint. Abeunt & infelicitatem suam deplorant; qvi contrà multò paratiores ad novam Libri Editionem comparandam accinguntur, qvò minores, qvà materiem, qvà ligaturam, qvalis certè hæc nostra est, præ originali unâ & epitomata alterâ, sumptus exigit. Et deniqve ut bona isthæc emtio omnem abjicit emendi difficultatem, etiam apud eos, qvi mediocris sunt marsupii: ita habendi auget ardorem *indicis maximè necessarii*, qvò sine plus tædii qvàm svavitatis & delectationis liber parit, *maximè necessaria unitas & conformitas*, cujus qvippe beneficiò non dicta solùm Scripturæ Sacræ, sed ipsa etiam verba & res longè faciliori viâ ac breviori methodo, qvàm anteà, investigari possunt. Faxit Deus, ut in ipsius honorem & Ecclesiæ verè Catholicæ commodum vergat hæc Confessio Catholica; Acatholici autem in viam rectam ex illâ ducantur, & convertantur, æternæqve salutis unà cum omnibus piis ac verè credentibus participes fiant; cui pro omnibus beneficiis & corporis ac animæ, sit laus, honor & gloria, in sempiterna secula!

Theoph. Spizel. in Templ. Honor. refer. sub Num. XVII. pag. 126. 127.

Unctis sanè cœlestis doctrinæ alummis explorata sunt illustria ingenii & industriæ Gerhardianæ *monumenta, qvibus rem auxit literariam, qvibus Jenensem exornavit Academiam, qvibus ferè omnem illustravit Scripturam, qvibus doctrinam stabilivit Evangelicam, qvibus deniq; perversitatem heterodoxam contudit. Qvid in absolutissimis Novem* LOCORUM THEOLOGICORUM *voluminibus vel ipse Momus desideret, præter Arminianismi Socinianæqve hæresios confutationem? siqvidem minus eò tempore obvia fuere scripta istorum adversariorum publica.* CATHOLICAM *etiam* CONFESSIONEM Gerhardus *collegit ex optimæ notæ monumentis, eò fine, ut clarissimè appareat, cuncta Ecclesiæ Evangelicæ dogmata, vetustiorum pariter ac recentiorum ipsorumqve etiam Romanensium Doctorum calculis probata fuisse, sicqve orthodoxi in fide verâ confirmentur, & sine hæsitatione profiteantur veritatem. Nullo sanè* Gerhardus *frangebatur labore, nulli negotiorum moli cedebat, domus ejus qvasi qvoddam erat oraculum, ex qvò, qvæ ubiqve ignorarentur, perdisci posse niemo dubitaret; Orbis erat Christiani Museum, ubi omnium ordinum, omniumq; ætatum vivi eruditi informariq; possent. Vix ulla in orbe Germanicò Evangelicorum fuit Academia, aut urbis alicujus celebrioris Ecclesia, qvæ non splendidò hôc Academiæ Salanæ lumine collustrari petiisset. Qvinimò vix qvicqvam à summô cœlestium donorum diribitore Spiritu Ecclesiasticis Doctoribus unqvam fuit concessum, qvod in* Gerhardo *non promicuerit, qvasi in unâ tabulâ vivum qvoddam* Theologi consummati *exemplar benignus ille Spiritus repræsentare voluisset. &c.*

Anton. Reiserus in epist. ad Spizelium suprà dicto operi subjunctâ pag. 404. & 405.

JOhannem Gerhardum *sistis, qvem tertium à* Luthero & Chemnitiò *orbis Evangelici Atlantem suprà dixi, neqve scripti*

scripti me pœnitet. Certè qvicqvid in hujus Viri laudes dicitur & scribitur, nihil justò majus videri debet, utpote qvi laboribus humanam ferè diligentiam superantibus omnium bonorum laudes meruit & provocavit, eorum etiam, contra qvorum errores plurimam ætatis partem scribendo impendit, Bella Domini sine exemplò fere gerens, dum hostes veritatis propriò ut plurimum gladiò ad exemplum Davidis jugulavit, cujus rei documentum post Locos communes *præbet* CONFESSIO, *ut vere inscribitur*, CATHOLICA, *contra qvam dum nemo hactenus Scriptorum partis Romano-Papææ ausus est mutire in publicò, qvid aliud est, qvàm victoriæ testimonium, cujus laudem sivò hôc silentiò tàm diuturnò eidem adscribunt & admetiuntur. E Doctoribus Reformatis non ita pridem* Johannes Hoornbeckius *in Bullæ cujusdam Papalis Examine hoc opus tale vocat*, qvod in Controversiis & Disputationibus Pontificiis multâ omnes inscribendo levat operâ, scribitqve, Gerhardum ob copiam, qvam in Controversiis Papisticis multivariâ lectione, ex variis præbet Authoribus, in omnibus semper consulendum esse, videndumqve, ut post Ipsum alia qvis adferat. *Hoc consilium etsi possit videri difficile minus, cùm* Gerhardus *nihil fere videatur prætermisisse, qvod ad veritatis defensionem ex ipsismet adversariorum scriptis pertinere visum fuit; facilius erit tamen, ubi Authores post* Gerhardum *typis impressi studiò diligenti evolvantur, & qvæ huic instituto inserviunt, ordine decenti excerpantur, ac* Gerhardi *diligentiæ addantur. &c.*

Et paucis interjectis:

EA inter, qvæ ad Pietatem stylò excitandam conducere, putavit, suum præprimis locum debitamq; laudem merentur Meditationes *non semel nec unâ tantùm lingvâ excusæ, de qvibus è Reformatorum cœtu* Nicolaus Vedelius *in suò* Rationali, *potiùs irrationali*, Theologico, *testimonium fide non indignum tulit*, eas in Ecclesiis Reformatorum magnò haberi in pretiò, *qvod iterum Gerhardi elogio augmentum singulare potest adferre. Ad Scripta ejus theoretica referri debent* Disputationes synopticæ, *in qvibus Dogmata Papalia juxta seriem à* Robertò Bellarminò *observatam, expenduntur;* Phosphori item consideratio, *sive, Disputa-*

tiones aliæ, libello Pontificio, sub titulô Phosphori *oppositæ. Nec omittendi sunt in Exegeticorum numero* Commentarii in Acta Apostolorum, & Epistolam ad Colossenses, *qvos paulò ante obitum Filius cum suis ad loca qvædam* Analectis *publicavit, pluraq; ejusdem generis & speciei imposterum submisisset, nisi mors inexpectata pium & utile hoc institutum, non sine jacturâ insignis thesauri, impedivisset. Qvin &* Aphorismi *ad Theologiam præcipuè* practicam *pertinentes hic veniunt nominandi, plurima egregiè monentes, qvæ observâsse multum omninò profuerit homini Theologo. &c.*

Mich. Schneider. in orat. fun. in obit. Joh. Gerhardi habitâ, Patrol. add. pag. 143.

IN peregrinis & longinqvis terris summos agere viros scio, qvi Gerhardi *scripta exosculantur. Eum certe non semel in Rationali suo Theologico laudat* Nicolaus Vedelius. *Et qvid* Andreas Rivetus *de maximi Viri diligentiâ atq; doctrina sentiat, iis ignotum esse non potest, qvi doctissimi illius Galli scripta evolvunt. De* Vossiô *autem, insigni illo literarum Statore, hoc testari possum, ipsum ante qvadriennium à me Amstelrodami salutatum, solenniter inter alia protestatum, fuisse, se* Gerhardum *amare maxime, ejusq; scripta à capite ad calcem perlegisse. &c.*

Georg. Matth. König. in Biblioth. Vet. & Novâ sub litt. G. pag. 342.

SCripta ejus (Joh. Gerhardi) Henningus Witte in Theol. pag. 401. *recenset. Mortuo* Mich. Schneiderus *parentavit.* Glassio, *Theologorum Princeps;* D. Hoë, *Archi-theologus;* Hornbeckio, *Theologus doctissimus & diligentissimus, dictus est. &c.*

SCHEMATISMUS

LIB. I. CONFESSIONIS CATHOLICÆ.

Prœmium. pag. 1
CAP. I. de utilitate ex hoc scripto expectanda.
Prima est, veritatis confirmatio. 5
2. Vanæ gloriationis confutatio, nempe
Primo, de Romana Ecclesia infallibilitate. 7
Secundo, de negata nostris Ecclesiis veritate. ead.
Tertio, de omnimoda Ecclesiæ Rom. unitate. ead.
3. audacis falsi retorsio. ead.
4. hæreseos declinatio. ead.
5. accusationis de novitate depulsio. ead.
6. ad πολυφήμους. Pontificiorum quæstionem responsio. ead.
CAP. II. de Pontificiis quibusdam exceptionibus. ead.
1. quòd Scriptores illi se & sua scripta Ecclesiæ judicio subjecerint. ead.
2. quòd Pontificii hypothesin aliquam cum protestantib. communem amplectentes bonum foveant intentionem. 9
3. quod testes adducti sint pauci & obscuri, ead.
CAP. III. de quibusdam scriptoribus, quorum testimonia adducuntur & quidem primo de iis, qui vixerunt ante reformationem.
1. de Gregorio magno. 10
2. de Bernhardo. ead.
3. de Glossa ordinaria. ead.
4. de Ioachimo Abbate. ead.
5. de Platina. ead.
Secundo, de iis, qui vixerunt post reformationem.
1. de Autore libri, cujus titulus Onus Ecclesiæ. ead.
2. de Erasmo Roterodamo. ead.
3. de Beato Rhenano. 11
4. de Ludovico Vive. ead.
5. de Georgio Cassandro. ead.
6. de Iohanne Fero. 12
7. de Iohanne Aventino. ead.
8. de Cornelio Agrippa. 13
9. de Andrea Fricio Modrevio. ead.
10. de Georgio Vvicelio. ead.
Denique de dissensionibus Adversariorum. ead.
Confessionis Catholicæ liber I. 14
Pars prior, de principio & medio religionis veræ Catholicæ.
CAP. I. de Scriptura sacra perfectione. ead.
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententia confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. Gregorius Episcopus Rom. ead.
2. Bernhardus. 15
3. Ius Canonicum. ead.
4. Scholastici. ead.
5. Qui vel Scholasticorum tempore, vel post Scholasticorum tempora usque ad D. Lutherum vixerunt. ead.
6. Qui vel Lutheri tempore, vel post Lutheri tempora usque ad nostram ætatem vixerunt 16
Exceptiones Adversariorum ad nostra argumenta. ead.
1. ad locum 2. Tim. 3. v. 15. 19
2. ad locum Ioh. 20. v. 31. ead.
3. ad locum Ps. 19. v. 8. 20
4. ad locum Gal. 1. v. 8. ead.
5. ad locum Apoc. 22. v. 18. ead.
Argum. Adversariorum. ead.
1. Multi libri Canonici perierunt ead.
2. Apostoli non scripserunt ex Dei mandato ead.
3. Multa necessaria non continentur in Scriptura, nempe 1. quale remedium fœmina in Vet. Test. habuerint contra peccatum originis. ead.
II. quale remedium habuerint parvuli ante circumcisionem. ead.
III. quale remedium habuerint masculi ante octavum diem mortui. 21
IV. quomodo salvati fuerint gentiles extra Israeliticam Ecclesiam. ead.
V. quod extent libri aliqui vere divini. ead.
VI. qua sit illa Scriptura divina. ead.
VII. quod illi libri, quos in manibus habemus, sint isti, vere. ead.
VIII. quis conjunxerit Canonici libri autor. 24
IX. quod paschæ die Dominico celebrandum. ead.
X. quòd parvuli baptizandi. ead.
XI. quis sit verus Scripturæ sensus. 25
XII. quòd tres personæ in divinis per relativas proprietates distinguantur. ead.
XIII. quòd Iudæi crediderint immortalitatem animarum, resurrectionem corporum, extremum judicium &c. ead.
XIV. quòd Maria virgo manserit. ead.
XV. quòd Symbolum fidei ab Apostolis factum. 26
XVI. quod Spiritus S. procedat à Filio. ead.
XVII. quòd duæ in Christo voluntates & operationes. ead.
XVIII. quod detur peccatum originis. ead.
XIX. quod Baptismus non sit iterandus. 27
XX. quòd in Baptismo pronunciari debeant hæc verba, Ego baptizo te in nomine Patris &c. ead.
XXI. quòd B. Maria sit vocanda θεοτόκος. ead.
XXII. quod dies Dominica loco Sabbati celebranda. ead.
XXIII. quòd comedi possit sanguis avium & animalium suffocatorum. ead.
XXIV. quod hæc sit sola & vera Baptismi forma, Ego te baptizo in nomine Patris &c. ead.
XXV. quis instituerit Exercitia. 28
XXVI. unde originem traxerit usus dimittendi reos in paschate. ead.
XXVII. quòd in fœderis sanctione mixta fuerit aqua cum sanguine Testamenti. ead.
XXVIII. qualis fuerit pugna Angeli & Diaboli de corpore Mosis. 29
XXIX. quòd dicenda sint tres personæ in Trinitate. ead.
XXX. quis sit determinatus Sacramentorum numerus. ead.
CAP. II. de norma & regula controversiarum fidei in Ecclesia. ead.
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententia confirmatio. 30
Eidem suffragatur, 1. quòd agnoscunt, Scripturam de necessariis ad salutem nos plene instruere. ead.
2. Scripturam esse unicam & perfectam fidei regulam. ead.
3. omnia dogmata in Ecclesia ad Scripturæ amussim esse exigenda. 31
4. Scripturam sacram esse Canonem ac regulam fidei & vitæ æternæ. ead.
5. quòd non consentiunt, quid per verbum ἄγραφον intelligendum. 32
6. quod falsi ponunt regulæ proprietates, quæ soli Scripturæ conveniunt. ead.
Exceptio Adversariorum. Scripturam esse quidem fidei regulam, sed partialem. ead.
Argum. Advers. Si scriptura præcipuus finis esset, ut sit regula fidei, continere deberet omnia & sola illa, quæ ex se ad fidem pertinent. 33
CAP. III. de judice controversiarum in Ecclesia. ead.
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. 34
Nostra sententia confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod quidam judiciariæ partes scripturæ deserunt ead.
2. quòd Christum in verbo nostro, ut nos loquentem judicem constituunt. 35
3. quòd Scripturam agnoscunt esse verbum & vocem Dei, judicem supremum & infallibilem. ead.
4. eandem esse normam, juxta quam ministerialis judex in fidei controversiis judicare debet. ead.
Argum. Advers. 1. Scriptura sacra est litera mortua & mortua. ead.
2. Scriptura varios sensus recipit, nec potest dirimi, quis sit verus sensus. ead.
3. Judex debet videri & audiri ab utraque litigantium parte, debet habere autoritatem coactivam. ead.
4. Scriptura est tantum testis mutus, lex & edictum, cui interpretatione opus est. ead.
CAP. IV. de doctrina in Rom. Ecclesia corruptione. 36
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententia confirmatio. ead.
Eidem suffragantur. 1. quòd quidam ante tempora Lutheri fassi sunt, doctrinam Rom. Ecclesiæ fuisse corruptam & reformatione indiguisse. 37
2. quòd quidam, tum Lutheri ævo vixerint, tum post Lutheri tempora fassi sunt, doctrinam & cultum Roman. Ecclesiæ fuisse corruptum & reformatione indiguisse. p. 42. nempe
Primo, Imperatores, Reges, Principes & Status Romani Imperii ead.
Secundo, Pontifices, Cardinales & Episcopi 44
Tertio, Theologi, Politici & Historici. 46
3. quod longè plurimi de corruptelis morum publicè in Ecclesia Romana grassantibus conquesti fuerunt. 48. Ejusmodi querelæ sunt, vel generales 49
vel speciales, nempe. 1. de dispensationibus Pontificum etiam contra Conciliorum decreta 54
2. de impunitis Ecclesiasticarum personarum delictis ead.
3. de concubinatu permisso. ead.
4. de lupanaribus permissis 55
5. de assiduis instructis. ead.
4. quòd superioribus seculis multi & voce & scriptis testati sint, Pont. Rom. esse Antichristum. ead.
5. quod agnoscere cogantur, ante Lutheri tempora supinum lectionis Scripturarum neglectum non solum apud Laicos, sed etiam apud Clericos vigisse. ead.
CAP. V. de reformationis traditione. ead.
CAP. VI. de reformationis organo. 58
CAP. VII. de reformationis occasione. 60
Ubi nostra sententia suffragatur, quòd agnoscunt reformationi occasionem dedisse,
1. corruptelas doctrinæ. 61
2. immodica Indulgentiarum Papalium prædicamina. ead.
3. immoderata Papalis potestatis prædicamina, ejusdemque abusus. 64
4. corruptelas morum publicè in Ecclesia grassantes. ead.
5. Propugnatorum Sedis Romanæ pertinaciam, emendationem protervè respuentem. 65
6. quòd nemo eorum, qui primi contra Lutherum scripserunt, ipsi objecerit, quòd ex mera invidia & ambitione controversiam illam moverit. ead.
7. quòd quidam fatentur, Lutherum hanc famam incepisse in Dei nomine. ead.
8. insitiam & barbariem eorum, qui decennii munere præfecti fuerunt, reformationi occasionem dedisse. ead.
CAP. VIII. de elogio veritatis Confessioni Ecclesiæ nostræ Evangelicæ attributo. ead.
Suffragantur nostræ doctrinæ & Ecclesiæ, quòd quidam agnoscunt, 1. doctrinam nostram Scripturæ sacræ esse conformem. ead.
2. nostram doctrinam promovere Dei gloriam. 67
3. doctrinam nostram in agone mortis præbere solidam consolationem. 68
4. præcipua fidei Christianæ capita puræ & integrè in Ecclesiis nostris doceri, neque in Ecclesia Catholica gremio contineri. ead.
5. Propriam hæreseos definitionem nolle nemem comperire. 69
6. Denique hue referri potest, quòd B. Lutherum Pontificii possint opponi propriam Confessionem tum verbis claris & perspicuis propositam, ead.
tum facto ipse expressam, 70
CAP. IX. de mediis, per quæ religio nostra propagatur. ead.

Pars posterior lib. 1. de principio & mediis religionis Pontificiæ sive Romano-Catholicæ. 71
CAP. I. De primo & summo religionis Pontificiæ Principio. ead.
Pontificis Romani infallibilitatem esse primum & summum religionis Pontificiæ principium, probatur, 1. ex ultima reliquorum principiorum, ex quibus disputant, in hoc ipsum tanquam primum & summum resolutione. ead.
2. ex diserta ipsorummet confessione, 75
ubi afferuntur testimonia,
1. Pontificum. ead.
2. Canonistarum. ead.
3. recentiorum Scriptorum. 76
CAP. II. De Pontificum Rom. fallibilitate. 77
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostræ sententiæ confirmatio. 78
Eidem suffragatur, 1. quòd quidam concedunt, Pontificem in rebus fidei errare ac hæreticum fieri posse. ead.
Exceptiones Adversariorum. Primo. Pontificem errare posse, ut personam privatam, non autem ut Pontificem; posse fieri hæreticum, non autem in fidei judicio contra fidem definire. 82
Secundo. Papam in hæresin prolapsum non amplius esse Papam. ead.
2. quòd exempla testentur, multos Pontifices in rebus fidei errasse. 3. ead. utpote
1. Clementis. ead.
2. Zepherini. 83
3. Marcellini. ead.
4. Liberii. ead.
5. Felicis secundi. 84
6. Innocentii I. ead.
7. Cœlestini. ead.
8. Sixti III. ead.
9. Anastasii II. ead.
10. Vigilii. 85
11. Gregorii I. ead.
12. Honorii I. ead.
13. Gregorii II. ead.
14. Gregorii III. ead.
15. Adriani. ead.
16. Nicolai I. 86
17. Johannis XVIII. ead.
18. Gregorii VII. ead.
19. Cœlestini III. ead.
20. Innocentii III. ead.
21. Johannis XXII. ead.
22. Clementis VI. 87
23. Johannis XXIII. ead.
24 Eugenii IV. ead
25. Nicolai V. ead.
26. Innocentii VIII. ead.
27. Leonis X. ead.
3. quod Pontificum decreta & rescripta invicem pugnent. 88
4. quod tales concedunt hypothesi, ex quib. sequitur, Pontificem in rebus fidei errare posse. 90
utpote 1. in canonizatione sanctorum. ead.
2. in approbatione Ordinum. ead.
3. in promulgatione Indulgentiarum. ead.
4. in dispensatione in gradibus cognationis & alia prohibita. 91
5. in institutione asylorum. ead.
6. disputant, an Papa hæreticus deponi possit. ead.
7. quidam Pontifices à Sede Papali fuere deturbati. 92
8. concedunt, Papa resisti posse. ead.
9. inter causas, ob quas Concilia celebrari solent, numerant etiam insufficientem hæreseos in Rom. Pontifice. ead.
10. concedunt, Papam in definiendo debere adhibere media humana & ordinaria. ead.
11. definitiones de fide præcipuè pendere ex traditione Apostolica & consensu Ecclesiarum. ead.
12. Pontifices errare posse in promissis. ead.
13. Pontificem ut personam privatam errare posse. ead.
14. Pontificem errare posse in temporalibus. 94
15. Pontificia decreta non esse verbo Dei æquiparanda. ead.
16. Pontificem non posse esse certum certitudine fidei, se habere Spiritum sanctum. ead.
17. Papa ipse quandoque dubitat, an Decretales quæ allegantur, sint vera & genuina. ead.
5. quòd frigidè & ascitanter Paparum errores excusant, 5. ead. utpote
primo, negando publica probatorum Scriptorum testimonia, ead.
Secundo, respondendo, illos, qui errasse memorantur, non fuisse veros Pontifices. ead.
Tertio, illos errasse in quæstionibus facti, non autem in quæstionibus fidei. 95
Quarto, illos non definivisse aliquid contra fidem, sed suam tantum sententiam ut privatos Doctores exposuisse. ead.
Quinto. Pontifices tantum exemplo errasse, non autem doctrina. 96
Sexto, licuisse ita sentire, cum nondum ab Ecclesia fuerit certi aliquid definitum. ead.
Septimo. Pontifices ex ignorantia errasse. ead.
6. quod ipsi Pontifices sibi derogant requisita ad infallibilitatem supremi judicis omninò necessaria. ead.
7. quod inter se nondum conveniunt quousq; infallibilitas illa Pontificis se extendat. 97
8. quod infallibilitatem Pontificum non audent referre inter articulos fidei, nec infallibilitatis ejus negationem inter hæreses damnatas. 98
9. quod in probanda Pontificis infallibilitate deficiunt. ead.
Nam primo, non possunt afferre pro ea stabilienda evidens aliquod Scriptura dictum nec universale alicujus Concilii decretum. ead.
Secundo, fatentur, hypothesin illius infallibilitatis, quod Pontifex sit Petri successor, non extare in sacris literis. ead.
Tertio, petunt in probanda illa infallibilitate principium, 99
Quarto, probant eam ex ipsorummet Pontificum testimoniis. ead.
10. quod fatiri coguntur, quosdam Pontifices fuisse & humanarum & divinarum literarum ignaros. ead.
11. Pontifices posse in crimen Simoniæ incidere, & ipso actu quosdam Simoniacos fuisse. ead.
12. multos Pontifices vitam manifestè flagitiosam egisse, quin & quosdam Diabolicis artibus operam navasse. 100
Exceptiones Adversariorum. 103
1. ad argumentum ab exemplo Aaronis ductum resp.
Primò, Aaronem non fuisse summum Pontificem. ead.
Secundò, Aaronem non errasse in definiendo, ead.
2. ad argumentum ab exemplo Uriæ, resp. illum in facto, non in doctrina errasse. 104
Argumenta Adversariorum. ead.
1. Luc. 22. v. 31. Christus rogavit pro Petro, ne deficeret ejus fides, ac proinde ne Successores ejus in fide Rom. errarent. ead.
2. Matth. 16. v. 18. Petrus Ecclesiæ fundamentum dicitur, ac proinde etiam quilibet ejus Successor est Ecclesiæ fundamentum, utique ergò infallibile. 106
3. Joh. 21. v. 17. Pont. Rom. institutus est Pastor & Doctor totius Ecclesiæ. Ergò non potest errare. 109
4. Ex. 28. Jubet Dominus in Rationali Pontificis poni doctrinam & veritatem. Deut. 17. remittit populum ad summum Sacerdotem. Si hoc convenit Sacerdotio Aaronico, multò magis Christiano. ead. seq.
5. Si Pontifices possent errare, nullum esset in Ecclesia efficax remedium contra hæreses. 111
6. Cyprianus Epist. 55. asserit, quod ad Romanos perfidia non possit habere accessum. ead.
CAP. III. de summo & authentico Papæ judicio. ead.
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostræ sententiæ confirmatio. 112
Eidem suffragatur, quod quidam fatentur,
1. Pontificem posse errare. ead.
2. Concilium esse supra Papam. ead.
3. Papam non esse semper patratum ac promptum ad definiendas fidei controversias. ead.
4. Papam non semper posse adiri, ac sententiam ejus rogari. ead.
5. summum & authenticum judicem debere esse instructum potestate coactiva. 114
6. quòd de summo & authentico Pontificis Romani judicio nondum conveniunt. ead.
7. quòd agnoscere coguntur, interpretationes Scripturæ a Pontificibus adductas, quandoque esse peregrinas & minus congruas. 114
8. Papam in notorio crimine constitutum non posse esse judicem. 116
9. Pontifici in quibusdam obedientiam posse denegari. ead.
10. quid refugium dicere, fidem nostram ultima analysi in judicio Rom. Pontificis resolvi. ead.
11. quòd agnoscere coguntur, Pontificem in definiendo quandoque non adhibere debitam diligentiam & media necessaria. ead.
Argum. Adversar. ead.
1. ex Vet. Test. ead.
1. Exod. 18. Moses sedebat tanquam caput & Princeps illius Ecclesiæ, & ad omnia dubia circa legem Dei exorta respondebat. Ergò judicium de rebus fidei pertinet ad Pontifices. ead.
2. Deut. 17. remittuntur homines ad judicium summi Sacerdotis. 117
3. Eccl. 12. Verba sapientum sunt sicut stimuli &c. ead.
4. Hagg. 2. Interroga sacerdotes legem. ead.
5. Mal. 2. Labia Sacerdotis custodiêt scientiam. ead.
6. 2. Paral. 19 Vbi est quæstio de lege, de mandato &c. ostendite fratribus vestris. 118
II. ex Nov. Test. ead.
1. Matth. 16. Tibi dabo claves regni cœlorum. ead.
2. Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus & publicanus. 119
3. Matth. 23. Super cathedram Moysi sedent Scribæ & Pharisæi. ead.
4. Joh. 21. Pasce oves meas. 120
5. Luc. 22. Rogavi pro te, ne deficiat fides tua. ead.
6. Act. 15. Petrus in Concilio primus omnium locutus. 121
7. Gal. 2. Ecclesia non credidisset Paulo, nisi ejus Evangelium à Petro fuisset confirmatum. ead.
8. 1. Cor. 12. Non omnibus datur Spiritus interpretandi Scripturas. ead.
9. 1. Joh. 4. Probate Spiritus, an ex Deo sint. ead.
CAP. IV. de Scripturæ sacræ apud Pontificios æstimio. 122
Contra Scripturæ auctoritatem ac majestatem,
1. Apocryphos quosdam V. T. libros habent pro Canonicis, ead.
2. Hebraicam Vet. & Græcam N. T. versionem statuunt esse corruptam. ead.
3. Vulgatam versionem statuunt esse authenticam. ead.
4. Laicos à lectione Scripturæ arcent. ead.
5. Scripturam in fidei articulis negant esse perspicuam. ead.
6. Negant, Scripturæ sensum ex ipsa Scriptura erui posse, ab Ecclesia autem Rom. eum petendum esse asserunt. ead.
7. Negant, Scripturam sacram esse perfectam. ead.
8. Statuunt, traditiones pari pietatis affectu cum scripto Dei verbo acceptandas esse. 123
9. Statuunt, auctoritatem Scripturæ pendere ab auctoritate Ecclesiæ. ead.
10. Negant, Scripturam sacram esse unicam ac perfectam normam, juxta quam de controversiis fidei judicandum. ead.
11. Negant, Spiritum S. per Scripturam judicare posse. ead.
12. Verbum Dei habent pro medio tantum theoretico. ead.
13. Variis convitiis Scripturæ majestatem labefactant. quòd
14. Peregrinis & à mente Spiritus sancti ac verbis Scripturæ alienis expositionibus eam ad præconceptas opiniones detorquent. ead.
Accedit ad hanc erga divinas cœlestis veritatis tabulas irreverentiam,
1. quòd in Scripturis evolvendis non adhibeant debitam diligentiam. 124
2. quòd in certamen de controversiis fidei ex sola Scriptura dijudicandis nobiscum descendere verentur. 126
CAP. V. de traditionibus ἀγράφοις. ead.
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. 127
Nostræ sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod quidam perfectionem Scripturæ nobiscum agnoscunt. ead.
2. quod quidam agnoscunt, in fidei articulis scripto Dei verbo unicè inhærendum, non autem ad traditiones confugiendum esse. 128
3. traditiones istas ἀγράφους afferre aliquod Ecclesiæ incommodum. ead.
4. traditiones non posse scripto Dei verbo exæquari. ead.
5. quòd multi conqueruntur, Ecclesiam copia & varietate inutilium, imo noxiarum traditionum gravari. ead.
6. quòd nondum inter se conveniunt de traditionibus ἀγράφοις & earum auctoritate. 111

Nam

Nam primò, quidam Scripturæ primum, traditioni proximum, ac proinde inferiorem locum tribuunt. ead.
Quidam æqualem autoritatem Verbo Dei scripto & non scripto tribuunt. ead.
Quidam videntur primum locum traditionibus, proximum Scripturæ tribuere. ead.
Secundò, quæ pro traditionibus ἀγράφως quidam venditant, illa vel ipsimet, vel alii ex Scripturis probant, vel probare tantum niuntur. 132
3. quidam traditiones Judaïcas usitatas fuisse affirmant, quidam negant. 133
4. quadam inter traditiones à Pontificiis quibusdã numerantur, quæ ab aliis repudiantur. ead.
5. quidam maximam Evangelii partẽ traditione ad nos pervenisse asserunt, quidã negant. ead.
6. quidam in Episcoporum tantum potestate traditiones collocant, quidam illis populos addunt. ead.
7. quòd quasdam traditiones, quæ pro Apostolicis & Ecclesiasticis veteribus fuere habitæ, ipsi Pontificii non observent, nec recipiant. ead.
8. quòd agnoscunt, traditiones niti lubrico & incerto fundamento. 134
9. traditionũ nomen quibusdam in Ecclesia jam olim imposuisse, ac hæreticos ad traditionẽ provocasse, in errorem per illas abducti. 135
10. ea, quæ in superstitionem versa sunt, posse abrogari. ead.
11. traditionum necessitatem ex Judaismo descendere. ead.
12. quasdam ex veteribus traditionibus ἀγράφως repudiare. ead.
Argum. Adverſ. 1. Joh. 16. v. 12. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis ea portare. 136
2. Joh. 21. v. 25. Sunt autem alia multa, quæ fecit Jesus. 137
3. 1. Cor. 11. v. 34. Cætera, cum venero, disponam. ead.
4. 1. Cor. 15. v. 3. Tradidi vobis, quod accepi à Domino. ead.
5. 2. Thess. 2. v. 15. Tenete Traditiones. ead.
6. 1. Tim. 6. v. 20. Depositum custodi. 138
7. Hæreticorum proprium est, ad solas Scripturas provocare & Traditiones rejicere. ead.
8. Nulla unquam hæresis ex sola Scriptura sufficienter refutari potuit. 139
9. Mysterium Trinitatis non potest ex solis Scripturis probari. ead.
10. Non decet, ut mysteria in Scripturis, quæ recondo leguntur, explicentur. ead.
11. Doctrina puritas commodissimè per traditiones conservatur. 140
12. Mores omnium gentium & Reipubl. profanarum approbant leges non scriptæ. 141
13. Patres sæpius provocant ad traditiones. ead.

CAP. VI. De Canonibus Apostolorum. 142
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quòd quidam Canones hosce inter Apocrypha referunt. 143
2. quòd quadam in iis Canonibus, quæ nec ab ipsis Pontificiis approbantur, vel observantur. 144
3. quòd de numero, autore & autoritate horum canonum non consentiunt. ead.
4. quòd agnoscunt, quosdam ex his canonibus ab hæreticis esse corruptos. 145
5. quòd tales concedunt hypotheses, quibus Canonum Apostolorum autoritas non mediocriter labefactatur. 146

CAP. VII. de Constitutionibus Apostolorum. 147
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod quidam Constitutiones has inter Apocrypha referunt. 148
2. quòd quadam in his Constitutionibus habentur, quæ nec ipsi Pontificii approbant. 149
3. quòd agnoscunt, Constitutiones illas esse corruptas ac depravatas. ead.

CAP. VIII. de Liturgiis Apostolorum. ead.
Thesis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. 150
Eidem suffragatur, I. de Liturgia Jacobi,
1. quòd Pontificii agnoscere cogantur, quædam in hac Liturgia extare, quæ tempore Apostolorum nondum fuere in Ecclesia nota, vel recepta. 151
2. quòd quædam huic Liturgiæ insunt, quæ ipsi Pontificii probare non possunt. ead.
3. quòd fateantur, Liturgiam hanc quibusdam additis esse auctam. ead.

Argum. Adverſ. pro Liturgia Jacobi ex Synodo Constantinopolitana VI. Trullana. ead.

II. De Liturgia Petri. ead.
1. quòd quidam Pontificiorum eam prætermittunt. ead.
2. quòd Petrus sola Oratione Dominica in consecratione uti. ead.
3. quòd non est in tota Ecclesia recepta. ead.
4. quòd fatentur eam mutatam. ead.

III. de Liturgia Marci. ead.
1. quòd contineat quædam Apostolorum temporibus nondum nota. 152
2. quòd Bellarmin. & Baronius eam non adducant. ead.
3. quòd in ea negatur, animas fidelium ante diem judicii frui visione Dei. ead.

IV. de Liturgia Matthæi. ead.
1. quòd continent quædam temporibus Apostolorum ignota. ead.
2. quòd Bellarmin. & Baronius eam prætermittant. ead.

V. de libro Abdiæ & libro de passione S. Andreæ. ead.

Contra priorem negatur.
1. quòd quidam agnoscunt librum Abdiæ esse Apocryphum. ead.
2. quòd quædam in his libris continentur, quæ non probantur Pontificiis. 153

Contra posteriorem.
1. quòd quidam hunc librum inter Apocrypha referunt. 154
2. quòd in hoc libro quædam contineantur, quæ Pontificii probari non possunt. ead.

CAP. IX. de Epistolis Decretalibus Pontificum ead.
Thesis generalis. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. 155
Eidem suffragatur, quòd quidam agnoscunt, 1. has Epistolas esse suppositicias. ead.
2. aliquos errores & corruptelas in has Epistolas irrepsisse. 156
3. quasdam Decretales à posterioribus in Sede Romana Successoribus esse refutatas. ead.
4. quòd tales concedere cogantur hypotheses, quæ novitatem Decretalium Epistolarum arguunt. 157

Argum. Adverſ. ex Isidoro Hispalensi, Concilio Vasensi & Ruffino. ead.

Thesis specialis 1. de prima Clementis Epistola. ead.
Ἔκθεσις. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quòd quidam de autoritate hujus Epistolæ dubitant. 158
2. quòd in hac Epistola quædam occurrunt, quæ non possunt probari receptori. ead.

Argum. Adverſ. ex Ruffino. 159

Thesis specialis 2. de secunda Clementis Epistola. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod Clementis Epistolas in genere quidã pro Apocryphis habent. ead.
2. quòd eam Historicæ veritati repugnare agnoscunt. ead.

Thesis specialis 3. de tertia Clementis Epistola. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod quidam de omnibus Clementis Epistolis dubitant. 160
2. quod quædam contineat fecula spuria. ead.
3. quòd plerasque, quæ in hac Epistola leguntur, occurrant in libris Recognitionum Clementis. ead.
4. quòd à studioso quodam Clementis potius, quàm à Clemente videantur scripta. ead.

Thesis specialis 4. de quarta Clementis Epistola. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod Clementis Epistolas in genere quidã pro Apocryphis habent. ead.
2. quòd eam Historicæ veritati repugnare agnoscunt. ead.

Thesis specialis 5. de quinta Clementis Epistola. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod quidam de omnibus Clementis Epistolis dubitant. 161
2. quòd quædam contineat fecula spuria. ead.
3. quòd plerasque, quæ in hac Epistola leguntur, occurrant in libris Recognitionum Clementis. ead.

Thesis specialis 6. de prima Anacleti Epistola. 161
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quòd Epiphanius nullius Anacleti post Clementem meminit. ead.
2. quòd ex 1. Epist. Clementis multa adducit. ead.
3. quòd eandem Clementis Epistolam ex Græco conversam statuunt. ead.

Thesis specialis 7. de secunda Anacleti Epistola. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. Antonius Contius. ead.
2. quòd autoritatem Epistolarum Decretalium in genere & Anacleti in specie in dubium vocant. ead.

Thesis specialis 8. de tertia Anacleti Epistola. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. 162
Eidem suffragatur, 1. quod quidam omnes Anacleti Epistolas Apocryphas esse agnoscunt. ead.
2. quòd quidam primam Clementis repudiant. ead.
3. quòd eandem Clementis Epistolam ex Græco conversam agnoscunt. ead.
4. quòd expositionem vocis Cephas per caput repudiant. ead.

Thesis specialis 9. de Epistolis Evaristi. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. Antonius Contius. ead.
2. quod hæc Evaristi Decreta temporis filarum non conveniunt. ead.
3. quòd consensum parentum in nuptiis liberorum Evaristus statuit necessarium. ead.
4. quòd primam Clementis Epistolam adducit. ead.

Thesis specialis 10. de tribus Epistolis Alexandri I. ead.
Antithesis. ead.
Nostra sententiæ confirmatio. ead.
Eidem suffragatur, 1. quod quidam Epistolas has Apocryphas esse agnoscunt. 163
